Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De locis ac mirabilibus mundi, mit Register

[Nürnberg], 1486

Ca XXXVIII

urn:nbn:de:bsz:31-129620

Visual Library

Ideo natura rerum contra ordinem ſuū conuertitur vt ſemꝑ deus naturarum opifex in memoriam reducatur & nō ſolum ſemel ſed quotidie oꝑa ſua facere videatur. Vnde de ceco qui contra nature regulā ſic natus fuerat dicitur. Neq; hic peccauit neq; parētes ei⁹ ſed vt manifeſtentur oꝑa dei in illo. Ex libro de naturis rerū. In quadam etiam regione ſicut dicitur infantes cū bufonib⁹ naſcuntur: ſi quis aūt ſine bufone naſcitur: mater eius tanq; adultera iudicatur: & vt que ab alienigena concepit a marito ſuo repudiatur.

De portentis CA. XXXVI

Portenta quidem a pharaone eſſe dicuntur: que contra naturam nata videntur: ſed non ſolum contra naturam: quia diuina volūtate fiūt cū volūtas creatoris cuiuſq; condite rei natura ſit: Vnde & ipſi gentiles deū modo naturā modo deū appellant. Portentū ergo ſit nō contra naturā ſed contra q̄ eſt nota natura. Portēta aūt & oſtēta monſtra atq; ꝓdigia ideo nūcupantur: qd portendere atq; oſtēdere monſtrare atq; predicere aliqua futura videntur. Nam portenta dicta ꝑhibent a portendendo: id eſt preoſtendēdo. Oſtenta aūt quod oſtendere quicq; futurum videantur. Prodigia qd porro dicant .i. futura predicant. Monſtra vero a monitu dicta q̄ aliquid ſignificandū demōſtrent: ſiue q̄ ſtatim monſtrent qd appareat. Et hec ꝓprietatis ē: abuſione tamē ſcriptorum plurimūq; corrūpitur. Quedam aūt ꝓtentorum creationes in ſignificationib⁹ futuris cōſtituta videntur: vult em̄ de⁹ interdū ventura ſignificare ꝑ aliqua naſcentiū noxia: ſicut ꝑ ſomnia & ꝑ oracula: quo p̄moneat & ſignificet q̄buſdā vel gentibus vel hominibus futurā cladē: qd plurimis etiam experimentis ꝓbatū eſt. Xerſen quippe vulpis ex equa creata ſolui regnū ꝓtendit. Alexādro ex muliere monſtrū creatū: qd ſuꝑiores corporis ꝑtes hominis q̄dem ſed mortuas habuerit: inferiores diuerſarū beſtiarū ſed viuentes: ſignificaſſe repētinā regis interfectionem. Suꝑfixerant em̄ deteriora melioribus: ſed & monſtra que in ſignificationibus dantur nō diu viuūt: ſed cōtinuo vt nata fuerint occidūt. Inter portētū aūt & inter ꝓtentuoſum differt. Nam portenta ſunt que tranſfigurantur: ſicut fertur in vmbria mulierē peꝑiſſe ſerpentem. Vnde Lucanus: Matrēq; ſuus conterruit infans. Portentuoſa vero leuē ſumūt mutationē exempli cauſa cū ſex digitis nati. CA. XXXVII

De variis portendorū modis.

Portenta ergo vel portentuoſa exiſtūt: alia magnitudine totius corporis vltra cōmunem hominū modū: quantus fuit ticion in nouē iugeribus iacens: Homero teſtāte. Alia paruitate totius corporis: vt fauni vel quos greci pigmeos vocant: eo q̄ ſint ſtature cubitales. Alia magnitudine partiū: veluti capite īformi: aut ſuꝑfluis mēbrorum ꝑtib⁹: vt bicipites & trimani vel ſynodōtes q̄b⁹ gemini ꝓcedūt dētes. Alia defectu ꝑtiū in q̄b⁹ altera: plurimū ꝑs deficit ab altera: vt man⁹ a manu vel pes a pede. alia deſciſſiōe vt ſine manu & capite generata: quos greci ſteriſios vocāt: Alia ꝑ nūeria q̄n ſolū caput aut crus naſcitur. Alia q̄ i ꝑte trāſfigurantur: ſicut qui leonis habent vultū: vel canis vel taurinū caput aut corpus: vt ex faſide memorant genitū minotaurū: qd greci etheromurſiam vocant. alia que ex omni ꝑte tranſfigurantur in aliene creationis portentū: vt ex muliere vitulū dicit hyſtoria generatū. Alia que ſine tranſfiguratione mutationē habent locorū: vt oculos in pectore vel in fronte: aures ſupra timpora: vel ſicut ariſtotiles tradidit quendam in ſiniſtro ꝑte iecur: in dextra ſplen habuiſſe. Alia ſm̄ connaturationē vt in alia manu digiti plures connaturati & coherentes reꝑiuntur: in alia min⁹ ſiue in pedibus. Alia ſm̄ immaturā & intēperatam creatōnem: ſicut hi qui dentati naſcuntur: ſiue barbati vel cani. Alia complexu plurimarum differentiarum ſicut illud quod prediximus in alexādro multiforme portentū. Alia cōmixtione generis: vt q̄ androchene & hermafrodite vocantur. Hermafrodite aūt nuncupati eo q̄ vterq; ſexus in eis appareat. Herma quippe apud grecos maſculus: affrodi femīa nūcupatur. Hi dextram mamillam virilem. ſiniſtrā muliebrem habentes: viciſſim coeundo & gignunt & pariunt. CA. XXXVIII

De portentis & monſtris fabuloſis.

Dicuntur aūt & alia hoīm fabuloſa portēta: q̄ nō ſunt ſed ficta in cauſis rerū interꝑtantur: vt gerionē hiſpanie regē triplici forma ꝓditum. Fuerunt em̄ tres fratres tante concordie: vt in tribus corꝑib⁹ q̄ſi vna aīa eēt. Gorgones quoq; meretrices crinitas ſerpentibus: que aſpiciētes conuertebāt in lapides habentes vnū oculū quo inuicē vtebantur. Fuerūt em̄ tres ſorores vnius pulcritudis quaſi vnius oculi que ita ſpectatores ſuos ſtupeſcere faciebant: vt vertere eos putarentur in lapides. Sirenes tres fingunt fuiſſe ex ꝑte virgines & ex parte volucres: habentes alas & vngulas: quarum vna voce altera tibiis: tercia lyra canebāt: que illectos nauigātes ſub cantu ad naufragiū trahebant. Scd̄m veritatem aūt meretrices fuerūt: que trāſeūtes quia deducebant ad egeſtatem: his ficte ſūt inferre naufragia. Alas aūt habuiſſe & vngulas: quia amor volat & vulnerat. Que inde in fluctibus cōmoraſſe dicuntur quia fluctus veneris creauerūt. Scillam quoq; ferūt feminam capitibus ſuccinctā caninis cum latratib⁹ magnis: ꝓpter fretum ſicculi maris: in quo nauigātes verticibus in ſe concurrētiū vndarū exterriti: latrare exiſtimāt vndas quas ſorbentis eſtus vorago collidit. Fingunt & monſtra quedam irrationaliū animantiū: vt cerberū inferorum canem tria capita habentē: ſignantes ꝑ eum tres etates per quas mors hominē deuorat. id eſt infantiam: iuuētutem ſenectutem. Quem quidam ideo dictum cerberum putant quaſi cerobros id eſt carnem vorans. Dicūt & ydram eſſe ſerpētem cū nouem capitibus que latina cedra dicitur: quod vno ceſo tria capita excreſce

bant̄. Sed ydram conſtat locum fuiſſe euomentem
aquas: vaſtãtem vicinam ciuitatem in quo vno me
atu clauſo multi erumpebãt. Quod hercules vidẽs
loca ipa exuſſit: & ſic aque clauſit meatus. Nã ydra
ab aqua dicta eſt. Huius mentionẽ facit Ambroſi
us in ſimilitudinem hereſum dicẽs. Hereſis em̃ ve/
lut quedam ydra fabularꝫ vulneribus ſuis creuit: &
dum ſepe reciditur pullulat: igni debita incendio/
q; peritura. Fingũt & chymeram triformem beſtia;
ore leonis: poſtremis partibus draconis: media ca
pre vomentis ignem. Quam quida; philoſophi nõ
animal: ſed cilicie montem eſſe aiunt: quibuſdam lo
cis leones & capras nutrientem: quibuſdam arden
tem: quibuſdam plenum ſerpentibus: hunc bello fo
rontis habitabilem fecit: vnde & chymeram dicit̄
occidiſſe. Centaurus aũt ſpecies vocabulũ indidit:
id eſt hominem equo mixtum. Quos quidam fuiſ/
ſe equites theſſalorum dicũt. ſed ꝓ eo ꝙ diſcurrẽtes
in bello velut vnũ corpus equorum & hoĩm vide/
rentur: inde centauros fictos aſſeruerũt. Porro mo
nocentaurũ nomen ſumpſiſſe ex thauro & homine
qualem beſtiam dicunt fabuloſe in laborinto inclu
ſam fuiſſe. De qua Ouidius: Semibouem q; virum:
ſemiuirum q; bouem. Monocentaurum aũt voca/
ri: eo ꝙ media hominis ſpecies: media aſini eſſe di/
catur: ſicut & ypocentaurus: quod equorũ hoĩm q;
in eis natura coniuncta fuiſſe putat̄.

De Tranſformatis. CA. XXXIX

SCribunt̄ aũt et quedã monſtruoſe homi/
num tranſformationes in beſtias: ſicut de
illa maga famoſiſſima Circe: que ſocios vli
xis mutaſſe fertur in beſtias. Et de archadibus qui
ſorte ducti tranſnatabant quoddam ſtagnum atq;
ibi cõuertebant̄ in lupos. Nam & dyomedis ſoci/
os involucres fuiſſe cõuerſos nõ fabuloſo mẽdacio
ſed hyſtorica affirmatione cõfirmant. Sed & quidã
aſſerũt ſtrigas ex hominibus fieri. Ad multa enim
latrocinia figure ſceleratorum mutantur: ſiue cum
magicis cantibus ſiue herbaru; veneficio totis cor
poribus in feras tranſeunt. Siquidem & ꝑ naturam
pleraq; mutationem recipiũt: & corrupta in diuer
ſas ſpecies tranſformant̄: ſicut de vitulorum carni/
bus putridis: apes: ſicut de equis ſcarabei. de mulis
locuſte: de cãcris ſcorpiones. Ouidius. Concaua lit
torei ſi demas brachia cancri: Scorpion exibit cau
daq; minabit̄ vnca. Solinꝰ. Neuri vt accipimꝰ eſta
tis temporibus in lupos tranſfigurant̄: deinde ſpa/
cio exacto quod huic ſorti attributum eſt in priſti
nã faciem reuertunt̄ populis iſtis deus mars eſt. ꝓ
ſimulacris enſes colunt. Homines victimas habẽt
oſſibus adolẽt ignes focorꝫ. Gelonii ad hos proxi
mãt. De oſtium cutibus & ſibi indumenta faciunt:
equis ſuis tegmina. Helinãdus in cronicis. Memi/
ni me adoleſcentulum audiſſe a nõnullis ꝓ vero e/
narrari: quod in territorio beluacenſi erat quidam
ruſticus qui dum vxor eius lauaret ſibi caput: quoſ
da; articulos manus pueri ex ore euomuit: opinio
autem nimis vulgata erat in lupum illum ꝑ diuerſa
tempora tranſformari. Hec aũt opinio ꝑ illum vo
mitum articulorum pueri vehementius confirma/
ta eſt. Idem in libro. viii. Lemures aũt ſiue laruę ni
hil aliud ſunt q̃ terribiles vmbre: vel animarum dã
natarum: vel nequiſſimorꝫ & immundorum ſpiri/
tuum: Quarum natura (teſte Hierouymo) dicit̄ eſ
ſe terrere paruulos & in angulis garrire tenebroſis.
Sed harum terror inutilis ſigno crucis oppoſito vt
fumus euaneſcit.

De quorundam virorum miris ac ſingularibus
naturis. CA. XL

Auguſtinus de ciuitate dei libro. viii.

QVorundam naturas hominũ nouimus vt
alĩs dictũ eſt: ipa raritate mirabiles: de cor
pore ſuo faciẽtiũ quod alii nullatenus poſ
ſunt: & audita vix credũt. Sunt etem̃ quidam q &
aures & ſingulas vel ambas ſimul mouent. Sunt q
totam ceſariem immoto capite ad frontem depo/
nũt: reuocantq; cum volũt. Sunt qui eorum que in
credibiliter varia & plurima vorauerũt paululũ ꝑ/
cordiis cõtrectatis tãq̃ ex ſacculo quod placuit in
tegerrimũ ꝓferũt. Quidam & voces auium peco/
rumq; & aliorꝫ quorũlibet hominũ ſic imitant̄: &
exprimũt: quod niſi videant̄ omnino diſcerni non
poſſunt. Nõnulli etiam ab imo ſine vllo pedore ita
numeroſos ꝓ arbitrio ſonitus edunt: vt ex illa quo
q; parte cantare videant̄. Expꝫtus ſum hominẽ ſole
re cum vellet ſudare: notum eſt etiam quoſdam cũ
volunt vbertim lacrimas fundere. Solinus. Aulus
craſſus quem partica bellica rapuerunt: eo ꝙ nunq̃
riſerit agelaſtꝰ cognomiabat̄. Inter alia ſocratis ma
gna preclarum illud eſt quod in eodem vultus teno
re etiam aduerſis interpolantibus ꝑſtitit. Heracli/
tus & dyogenes cinicus nihil vnq̃ de rigore animi
remiſerunt: calcatiſq; turbinibus fortuitorꝫ aduer/
ſus omnem dolorem vel miſeriam vniformi dura/
uere ꝓpoſito. Pomponiũ poetam cõſularem viru;
nunq̃ ructaſſe habet̄ inter exempla. Antoniũ dru
ſi nõ ſpuiſſe ꝑcelebre eſt. Nõnullos naſci accepimꝰ
concretis oſſibus eoſq; neq; ſudare cõſueuiſſe: neq;
ſitire: qualis fuit ſyracuſanus ligdanius: qui tercia &
triceſima olimpiade primus ex olimpico certamie
pancracii coronã reportauit: cuiuſq; oſſa depreben
ſa ſunt medullam non habere. Varro in relatione ꝓ
digioſe fortitudinis annotauit trittannũ gladiato/
rem natu ſamnitem fuiſſe qui ex rectis & tranſuerſiſ
neruis nõ mõcrate pectoris: ſed & manibus cancel
latis & brachiis om̃es aduerſarios leui tactu & pe/
ne ſecuris cõgreſſionibus vicerit. Eius filium mili/
tem Gnei pompeii pari modo natũ ita ſpreuiſſe ho
ſtem ꝓuocantem vt inermi eum dextra ſuparet: &
captum digito vno in caſtra imꝑatoris ſui reporta/
ret. Milionẽ quoq; Croconienſem egiſſe omnia ſu
pra q̃ homo valet. Etia; hic prodit̄ ꝙ ictu vno ma
nus thaurũ fecit victimã: eũq; ſolus vna die abſum/
pſit nõ grauatus; Super hoc nihil dubium nam vt